



ARMANDI GRAMONTII

COMITIS GUISCHII

TUMULUS



UEM neque Mars ferro quem nec Thetis omnibus undis
Non tranati amnes, mediove incendia ponto,
Hunc Juvenem extinxit lenti vis tabida morbi;
Tantane tam tristi debetur victima letho?
5 *Landrecti* ad muros hunc vidimus arma frementem
Rumpentemque aditus, nil tale ferentibus annis;
Prima rudimenta et virtutis signa futuræ.
Inde *Valencennas*, hinc obsidione premebat
Dunkercam, mox *Cameracum*, infrænesque subegit
10 *Marsaliæ* populos; bello præfectus et armis

V. 2. *Tranati amnes.*

Allusion au passage de la Desna et surtout au passage du Rhin (20 juin 1672). Voir pages 21 et 23.

Mediove incendia ponto.

Allusion à la bataille du Texel (11 juin 1666). Voir appendice II.

V. 10. Le texte indique une virgule après *populos*, mais le sens exige un point et virgule.

Saucius ille manum, non segnior ibat in hostem.
Hac Belgas, genus acre, truces hac stravit Iberos;
Interdum positis si qua otia carperet armis,
Ille graves Martis lenibat Apolline curas.
15 Mox ad castra : datam sed pacto foedere pacem
Ut vidit, juvat ire, atque extera quærere bella.
Sauromatas adiit, gelidoque sub axe Polonos
Seque ducem probat et Regem jam castra petebant
Unum. Omnes Patrias remeat sed lætior arces
20 Francigenum læsos armis ulturus honores.

V. 11. *Saucius ille manum.*

Guiche reçut cette blessure à la main, en Lorraine, lors de Marsal.

V. 14. Allusion aux travaux littéraires de Guiche qui fut l'auteur de mémoires et de plusieurs ouvrages militaires (voir page 20).

V. 15. *Datam pacem.*

Fin de la guerre de Lorraine après la prise de Marsal.

V. 16... *extera bella...*

Guerre de Pologne (1654-1667), voir page 18 et guerre entre la Hollande et l'Angleterre (1665-1667).

V. 18... *Ducem probat et Regem...*

Voir page 19 comment les soldats polonais offrirent au comte de Guiche le trône de Pologne qui allait être vacant.

V. 19. Le texte de Du Périer porte : *Unum omnes. Patrias...*
Il faut évidemment le corriger ainsi : *Unum. Omnes patrias...*

V. 20... *læsos honores...*

Allusion à la guerre de Hollande, terminée en 1678, par la paix de Nimègue.

Ære cavo Mars insonuit, qua impervius obstat
Rhenus aquis, immane furens, ubi Cæsaris umbra
Errat adhuc circumvolitans. Stant agmina tuta
Objectu telorum et non superabilis undæ,
25 Litore in adverso. Contra furit acrius ira
Necquicquam, opposito tardatus flumine Gallus.
Audax ante omnes rapidis se credidit undis
Guischius et domito victor super incubat amni,
Agmen agens equitum; sequitur tum Gallica pubes
30 Insuetum per iter. Victæ formidine gentes
Ad sonitum Victoris, agros urbesque relinquunt.
Postque tot exhaustos terraque marique labores
Ut Juvenem cælo et magnis Heroibus addat
Gloria, tot partis nimium decepta triumphis,
35 Ante diem, aurato transvexit ad æthera curru.

V. 22. *Ubi Cæsaris... umbra...*

Allusion aux passages du Rhin par Cæsar; 55 et 53 av. J.-C.
(voir *De Bello Gallico*, L. IV, chap. 18, et L.VI, chap. 9).

